

# P. TERENTI AFRI ANDRIA

## PROLOGVS

Poeta quom primum animum ad scribendum adpulit,  
id sibi negoti credidit solum dari,  
populo ut placerent quas fecisset fabulas.  
verum aliter evenire multo intellegit;  
nam in prologis scribundis operam abutitur, 5  
non qui argumentum narret sed qui malevoli  
veteris poetae maledictis respondeat.  
nunc quam rem vitio dent quaeso animum adtendite.  
Menander fecit Andriam et Perinthiam.  
qui utramvis recte norit ambas noverit: 10  
non ita dissimili sunt argumento, [s]et tamen  
dissimili oratione sunt factae ac stilo.  
quae convenere in Andriam ex Perinthia  
fatetur transtulisse atque usum pro suis.  
id isti vituperant factum atque in eo disputant 15  
contaminari non decere fabulas.  
faciuntne intellegendo ut nil intellegant?

- 
2. **id sibi negoti:** = id negotium. Een genit.part. afhangend van een pronomen neutrum is bij Terentius zeer frequent. 4. **verum:** = veritatem of rem. — **multo:** bij aliter. 6. **qui<sup>1</sup>:** archaische ablativus/locativus voor quo = ut eo. 7. **veteris poetae:** hiermee wordt volgens Donatus de dichter Luscius Lanuvinus bedoeld. Van diens poezie is niet meer bekend dan de twee ons door Donatus overgeleverde versregels. 8. **quam rem vitio dent:** ‘wat zij op mij aan te merken hebben’. 10. **norit ambas noverit:** beide futurum exactum. De keuze voor de korte of de lange vorm wordt uitsluitend bepaald door het metrum. 12. **oratione:** ‘dialoog’ vertaalt Hemelrijk. De gebeurtenissen van het verhaal zijn min of meer identiek, maar de woordenwisseling van de spelers is heel anders, evenals de stijl (stilus). 13. **quae convenere:** 14. **fatetur transtulisse:** sc. se. Het weglaten van de subjectsaccusativus is bij Terentius frekwent. Subj. van fatetur is Terentius. 15. **in eo:** kort voor in ea vituperatione; vertaal ‘daarbij’. 17. **faciuntne intellegendo ut nil intellegant:** ‘maken zij met hun
-

qui quom hunc accusant, Naevium Plautum Ennium  
 accusant quos hic noster auctores habet,  
 quorum aemulari exoptat neglegentiam 20  
 potius quam istorum obscuram diligentiam.  
 de(h)inc ut quiescant porro moneo et desinant  
 male dicere, malefacta ne noscant sua.  
 favete, adeste aequo animo et rem cognoscite,  
 ut pernoscatis ecquid sp<ei> sit reliquum, 25  
 posthac quas faciet de integro comoedias,  
 spectandae an exigendae sint vobis prius.

## ACTVS I

### Simo Sosia

Si. Vos istaec intro auferte: abite. – Sosia,  
 ades dum: paucis te volo. So. dictum puta:  
 nempe ut curentur recte haec? Si. immo aliud. So. quid est30  
 quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius?  
 Si. nil istac opus est arte ad hanc rem quam paro,  
 sed eis quas semper in te intellexi sitas,  
 fide et taciturnitate. So. exspecto quid velis.  
 Si. ego postquam te emi, a parvolo ut semper tibi 35  
 apud me iusta et clemens fuerit servitus  
 scis. feci ex servo ut esses libertus mihi,

---

scherpzinnigheid niet duidelijk dat zij er niets van begrepen hebben?” Het vraagpartikel ne pro nonne is frekwent in de comedie.

19. **hic noster**: sc. Terentius. 23. **malefacta ne noscant sua**: het zal niet prettig zijn voor de critici als Terentius hun wandaden op de korrel neemt. 27. **exigendae**: exigere heeft twee betekenissen, waarvan één ‘opeisen’ is doorgedrongen in de moderne talen, terwijl hier de andere betekenis ‘verdrijven’, ‘wegfluiten’ van toepassing is. 28. **istaec**: ‘deze spullen’. **abite**: ‘jullie kunnen gaan’ (nadat jullie de spullen binnen hebben neergezet). 29. **ades dum**: ‘een ogenblik!’ — **paucis te volo**: kort voor paucis verbis te volo conloqui. 30. **ut curentur recte haec**: ‘dat voor deze dingen (de etenswaren die zojuist zijn binnengebracht) goed gezorgd wordt (d.w.z. dat ze tot een lekkere maaltijd bereid zullen worden). 31. **hoc**: ablativus comparationis.

---

propterea quod servibas liberaliter:  
 quod habui summum pretium persolvi tibi.  
 So. in memoria habeo. Si. haud muto factum. So. gaudeo 40  
 si tibi quid feci aut facio quod placeat, Simo,  
 et id gratum f<sup><ui></sup>sse advorsum te habeo gratiam.  
 sed hoc mihi molestumst; nam istaec commemoratio  
 quasi exprobratiost inmemori benefici.  
 quin tu uno verbo dic quid est quod me velis. 45  
 Si. ita faciam. hoc primum in hac re praedico tibi:  
 quas credis esse has non sunt verae nuptiae.  
 So. quor simulas igitur? Si. rem omnem a principio audies:  
 <eo> pacto et gnati vitam et consilium meum  
 cognosces et quid facere in hac re te velim. 50  
 nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia, <et>  
 liberius vivendi fuit potestas (nam antea  
 qui scire posses aut ingenium noscere,  
 dum aetas metus magister prohibebant? So. itast.)  
 Si. quod plerique omnes faciunt adulescentuli, 55  
 ut animum ad aliquod studium adiungant, aut equos  
 alere aut canes ad venandum aut ad philosophos,  
 horum ille nil egregie praeter cetera  
 studebat et tamen omnia haec mediocriter  
 gaudebam. So. non iniuria; nam id arbitror 60  
 adprime in vita esse utile, ut nequid nimis.  
 Si. sic vita erat: facile omnis perferre ac pati;

---

39. **summum pretium persolvi tibi:** ‘ik heb je de hoogste beloning gegeven, d.w.z. de vrijheid’. 40. **haud muto factum:** ‘gedane zaken nemen geen keer’. 43. **hoc:** ‘dit’, d.w.z. het feit dat Simo altijd blijft zeuren dat hij zo goed is geweest aan Sosia de vrijheid te schenken. 44. **exprobratiost inmemori benefici:** ‘is een verwijt aan hem die de weldaad vergeten is’. Vele edd. lezen immemoris, maar soms behoudt een van een verbum afgeleid substantivum de bij dat verbum behorende naamval. (In strijd met de regel Substantivum regit substantivum in genitivo.) benefici is wrsch. afhankelijk van exprobratio, niet van immemori (Ashmore). 62. **facile omnis perferre ac pati:** ‘hij kon met iedereen goed opschieten’. De infinitivi zijn inf. hist. Een subj. daarbij staat in de nominativus. — **omnis:**

---

cum quibus erat quomque una īs sese dedere,  
<eo>rum obsequi studiis, adversus nemini,  
numquam praeponens se illis; ita ut facillume  
sine invidia laudem invenias et amicos pares.  
So. sapienter vitam instituit; namque hoc tempore  
obsequium amicos, veritas odium parit.  
Si. interea mulier quaedam abhinc triennium  
ex Andro commigravit huc viciniae,  
inopia et cognatorum neglegentia  
coacta, egregia forma atque aetate integra.  
So. ei, vereor nequid Andria adportet mali!  
Si. primo haec pudice vitam parce ac duriter  
agebat, lana ac tela victimum quaeritans;  
sed postquam amans accessit pretium pollicens  
unus et item alter, ita ut ingeniumst omnium  
hominum ab labore proclive ad lubidinem,  
accepit condicionem, de(h)inc quaestum occipit.  
qui tum illam amabant forte, ita ut fit, filium  
perduxere illuc, secum ut una esset, meum.  
egomet continuo mecum «certe captus est:  
habet». observabam mane illorum servolos  
venientis aut abeuntis: rogitabam «heus puer,  
dic sodes, quis heri Chrysidem habuit?» nam Andriae  
illi id erat nomen. So. teneo. Si. Phaedrum aut Cliniam  
dicebant aut Niceratum; nam ī tres tum simul  
amabant. «echo quid Pamphilus?» «quid? symbolam

accusativus pluralis.

63. **îs sese dedere**: ‘voor hen zette hij zich helemaal in’. 64. **eorum obsequi studiis**: ‘met hun liefhebberijen deed hij mee’. 66. **amicos pares**: amicos parare - ‘vrienden maken’. 75. **victum**: ‘levensonderhoud’. 78. **hominum**: niet mannen maar mensen. Het gaat immers over het afglijden van de Andrische. 79. **quaestum**: ‘baan’, ‘broodwinning’. 83. **habet**: onderwerp is de zoon. object van **habet** is de liefdeswond. 88. **symbolam dedit cenavit**: ‘hij heeft zijn bijdrage (voor de maaltijd!) betaald en meegegeten, m.a.w. hij heeft meegedaan met de gezelligheid, maar iets erotisch is er niet

dedit, cenavit.» gaudebam. item alio die  
quaerebam: comperibam nil ad Pamphilum 90  
quicquam attinere. enimvero spectatum satis  
putabam et magnum exemplum continentiae;  
nam qui cum ingeniiis conflictatur ei(u)s modi  
neque commovetur animus in ea re tamen,  
scias posse habere iam ipsum s<uae> vitae modum. 95  
quom id mihi placebat tum uno ore omnes omnia  
bona dicere et laudare fortunas meas,  
qui gnatum haberem tali ingenio praeditum.  
quid verbis opus est? hac fama impulsus Chremes  
ultra ad me venit, unicam gnatam suam  
cum dote summa filio uxorem ut daret. 100

Geïnteresseerd in het vervolg?  
Stuur mij een mailtje.

George J. Winter

gebeurd.

91. spectatum: ‘respectabel’. 93. qui cum ingeniosis conflictatur eius modi: ‘wie met dergelijke figuren omgaat’. 94. neque: voor cuius non. 96. quom id mihi placebat tum: ‘niet alleen... maar ook’. 101. : sc. meo.